



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque  
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis  
secularium Confessariis**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agrippinae, 1663**

Pastores & Concionatores populum ad orandum pro Ordinandis  
hortabuntur, n. 16.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9994**

34. Denique quivis alius crimino-  
sus, infamis, irregularis aut excommu-  
nicatus majori excommunicatione, sus-  
pensus ab ordine, interdictus sub pœna  
suspensionis ab ordinis sic suscepti exe-  
cutione, aut depositionis in perpetuum,  
& durante excommunicatione, suspen-  
sione, vel interdicto, Nayar. in *Manual.*  
*cap. 27. n. 12. 24. § 244.*

*Pastores & Concionatores populum ad  
precandum pro ordinis  
hortabuntur..*

XVI. Quin & universus populus at  
Pastoribus & Concionatoribus Domi-  
nico die quamlibet Sacram ordinatio-  
nem generalem proximè antecedente  
commoneatur, ut, cum plerumque pro-  
merito populi disponatur ordinando-  
rum electio, jejuniis jam inde ab initio  
nascentis Ecclesiæ in hunc finem ante  
singulas ordinationes indictis, (a) nec  
non piis sanctisque precibus, toto cor-  
de-

de ad Deum convertatur, suaque humiliacione & conversione ab eo impetrat, ut Episcopi, eorumque cooperatores, in examinandis, diligendis & ordinandis Ecclesiæ Ministris, suo recte perfungantur officio, talesque producendos in messem suam operarios subministret, qui ei secundum cor suum & animam suam, in omni sanctitate & iustitia, omnibus diebus virtæ suæ in munere suo scrviant.

(a) *Acto. 13. & 14. Catechismus Rom. parte 2. c. 7. n. 26.*

XVII. Ne quis statim à stivâ ad Sacros Ordines provehatur, & qui paulò ante adhuc totus sacerdotalis erat, cum scandalo & offensione populi brevi post temporis intervallo Sacerdos ordinetur, antequam satis probatus sit, & in unoquoque munere, juxta approbatos à Sancta Ecclesia Catholica ritus & cærimonias exercitatus; volumus ut nemo deinceps Subdiaconus, vel Dia-

B 4 - conus